

ydolum quod fecerant dissipavit  
 et quendam iudeum qui ad imo-  
 landum coram omnibus acce-  
 rat ac apparitorem eam regis qui  
 alios imolare cogebat super alta-  
 rem peremit et tandem collectis se-  
 cum socijs et amicis ad montes et ad  
 desertum confugit et quicquid ha-  
 bebat in ciuitate reliquit. Sic  
 mystice loquendo quando dyabo-  
 lus rex inferni mittit satellites su-  
 los scilicet inferiores demones ut  
 vndique cultum ydolorum id est vi-  
 ciorum suscitent et ad hoc homi-  
 nes commoueant suis temptati-  
 onibus et impellant ante omnia  
 mittunt mathathiam id est bonos  
 prelatos et sacerdotes id est cla-  
 riores et discretiores et superiores  
 personas decipere et dominis et pre-  
 cibus ad peccata allicere ut per malum  
 illorum exemplum possit alios fa-  
 ciliter superare. Ter. Regum xxij.  
 Non pugnabis contra quempiam  
 sed contra regem israhel. Nam  
 sicut ponit hic Stephanus de logo-  
 thomia Sicut falco primam greuem  
 primo inuadit: sic dyabolus ad  
 temptandum prelatos et clericos  
 primo currit. Primi Regum vltimo  
 Totum pondus prelij versum est  
 in saul regem. Sed iste debet forti-  
 ter resistere: legem domini non relin-  
 quere sed potius ydola viciorum  
 pro vicibus in ciuitate ecclesie des-  
 truere et iudeos id est subditos et  
 imolantes punire et ipsos dyabo-  
 li satellites superare et spiritualiter  
 occidere et relictis illis que in ci-

uitate mundi habet scilicet affec-  
 tum terrenorum bonorum debet  
 in montem et solitudinem paradi-  
 si per affectionem et contemplationem  
 fugere et ad hoc ipsum alios in-  
 uitare. Qui dominum est inquit sequa-  
 tur me. Psalmus ij. Venite ascenda-  
 ad montem domini. Hic habes quod  
 cum multi filij israhel ascenderent  
 in solitudinem et montes ne sac-  
 ficarent ydolis que iam in valle  
 et ciuitatibus colebantur se abscon-  
 derunt in abditis et speluncis. Sa-  
 tellites autem antiochi constitue-  
 runt eis prelium sabbato ad finem  
 quod non se defenderet cum ipsius ar-  
 ma sumere in sabbato non licet  
 Ipsi ergo se non defenderunt nec  
 arma contra hostes sumpserunt  
 et sic usque ad mille animas truci-  
 dati fuerunt. Mathathias autem  
 et sui proposuerunt in sabbato  
 arma sumere et contra hostes de-  
 fendere se viriliter. Illud potest alle-  
 gari contra religiosos qui de ci-  
 uitate mundi et de valle terreno-  
 rum exeunt ad montem perfectionis et  
 gradum ascendunt ecclesiasticum  
 et in caueris religionis mittunt  
 se abscondere et ab ydolatria et  
 cultu viciorum que in mundi ci-  
 uitate coluntur imunes et liberi  
 esse se credunt facientes illud. Ge-  
 nesis xix. Non stes in omni terra  
 regione: sed in monte saluum te  
 fac. Sed reuera demones ipsos  
 ibidem temptationibus insequuntur  
 et in diebus sabbatis id est in ipsa que  
 te contemplationis et in montibus